



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Antonii Avgvstini Archiepiscopi Tarraconensis Dialogorum Libri Duo de emendatione Gratiani

Agustín, Antonio

Parisiis, 1672

IX. De eadem re.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10634**

c. ult. *Quod autem in cap. 6. synodi Presbyter non legitimis nuptiis detentus punitur, non legales nuptiis secunda intelligenda sunt &c.* Et in margine: *sup. 28. dist. c. Presbyterum.* Sed in scholiis mendosè est *1. dist. Innocentij verba sunt cap. 4. Nuper. De bigamis. in Romana editione: sicut in canone legitur de Presbytero qui non legalibus nuptiis detinetur &c.*

## DE EADEM RE.

*Dialogus nonus.*

21. q. 4. c. 2.

a *De consec.*  
d. 2. c. 6. *Di-*  
*dicimus.*

b *De consecr.*  
d. 1. c. 33. *Cle-*  
*ricos.*

**A**. DICENDUM adhuc est de Trullianis regulis à Gratiano relatis, quæ negare non possumus fucosa quadam imagine Concilij generalis surrepere nobis posse, nisi caveamus. B. Caput xxvii. ejus Concilij videre licet apud Gratianum causa xxi. quasi ex octava synodo. De vestibus prohibitis Clericis. In fine dicitur, *ἅντι ἐβδομάδα μίση ἀποπέλει.* Apud Gratianum, *per unam hebdomadam suspendatur pro excommunicetur.* (1) Caput xxxii. habet Gratianus de consecrat. distin. ii. cap. vi. a *Ne uvas addant oblationibus, neque ea populo distribuant cum sacra oblatione.* Caput xxxi. refert Gratianus de consecrat. dist. i. cap. xxxiii. b Sed Græca meliora sunt. Vetat canon ne sacra mysteria in oratoriis sive domibus sine Episcopi licentia fiant. *νετροποιῶντας κληρονομοῦς* interpres vertit *Clericos qui ministrant.* In veteri Græco libro additur: *βαπτίζοντας.* quod placet. (2) Caput xxxii. est contra Armenios, qui vinum offerunt sine

aqua  
offeru  
monia  
rien  
verbis  
stum  
Grati  
c in q  
derun  
caussa  
carent  
ambit  
cti, c  
Chalc  
habea  
cundu  
tioche  
in vete  
quartu  
stin. x  
timus  
nior R  
menti  
tanda  
magni  
vor r  
bgru,  
we  
A. Ex  
consta  
restiti  
tium i  
cujus

aqua, & contra hydroparastatas, qui aquam offerunt sine vino. Utitur contra hos testimonio Jacobi fratris Christi & Basilij Cæsariensis, qui in Missæ traditione his utuntur verbis ut appareat vinum aqua mixtum Christum obtulisse. Hanc partem hujus capituli Gratianus refert de consecratione cap. XLVI. c in quo scribi debuit *tradiderunt pro addiderunt.* (3) Caput xxxv. refert Gratianus caussa XII. d *Ne Metropolitanus res Ecclesiæ carentis Episcopo auferat.* (4) Caput xxxvi. ambitionis plenum est; sed speciem habet recti, cum renovet quod in Concilio CP. & Chalcedonensi datum est Patriarchæ CP. ut habeat privilegia Ecclesiæ Romanæ, sed secundus sit tertius Alexandrinus, quartus Antiochenus, quintus Hierosolymitanus. Sic in veteri Græco libro. In Tiliano desideratur, quartus Antiochenus. Apud Gratianum distin. xxii. cap. vi. mendosè scriptum est *petimus pro defnimus, & inferior Roma pro senior Roma.* & Chalcedonensis synodi nulla fit mentio. & illa in contrariam sententiam mutanda sunt: *non tamen in ecclesiasticis rebus magnificetur ut illa.* ὡς ἐ τῆ κωνσταντινουπόλεως θεῶν τῶν ἱσων ἀπολαβεῖν πρεσβείων τῶ τῆ πρεσβυτέρας ρώμης θεῶν, ἔ ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ὡς ἐκείνον μεγαλιώεως παύμασιν. Et igitur pro *non tamen* scribendum. A. Ex Leonis, Gelasij, & Nicolai epistulis constat Romanos Pontifices huic ambitioni restitisse. (5) In octava synodo contra Photium id permissum esse videtur cap. xx i. e cujus verba referunt. Deus. dedit f & Ansel-

c De conse. d.  
1. c. 46. Jacobus.  
d 12. q. 2. c.  
48. Non liceat.

Dist. 22. c. 6.  
Renovantes:  
Vide c. 3. e. d.

e Dist. 22. c.  
ult.  
f Deus. de. c.  
3.

g Anselm. lib.  
2. c. 72.  
h Dist. 23. c.  
1.

i Dial. 7.

k Ivo par. 4.  
c. 125. dec.

mus g & Gratianus h. (6) B. Quod distin.  
XXIII. Gratianus scribit: *h Item ex sexta  
synodo. Vnde Nicolaus Papa. In nomine Do-  
mini &c.* cur ea verba posita fuerint, me ig-  
norare fateor. Credendum est errasse scrip-  
tores, & hæc esse repetita ex inscriptione ca-  
pitis sexti distin. XXII. atque delenda esse. (7)  
De capite XXIII. alio die dictum est i. Nihil  
amplius apud Gratianum invenio ex hac sy-  
nodo sumptum. Tantum de subscriptioni-  
bus dicam. Post Imperatoris Justiniani sub-  
scriptionem hæc verba invenio: *ἁγιωτάτη Πα-  
τρίσσι Πόμπε.* Credo locum esse relictum vacuum  
ejus subscriptioni. Sequitur Pauli Episcopi  
CP. novæ Romæ, Petri Episcopi Alexandria  
magnæ urbis, & Anastasij Episcopi Hieroso-  
lymorum. Item subscriptiones Episcoporum  
CCXXVII. Conferatur hic numerus & nomina  
cum sexta synodo generali. C. Bedæ verba  
refert Ivo k, ex quibus apparet CL. Episco-  
pos in sexta synodo interfuisse. Idem nume-  
rus est in libro pontificali in vita Leonis mi-  
noris. A. De anno & Indictione quid in Græ-  
co libro est? B. Capite tertio & XVII. mentio  
fit quartæ præteritæ Indictionis, & eodem  
cap. IV. anni mundi  $\bar{v}$  CXCIX. A. Si de-  
trahis annos ante Christum  $\bar{v}$  D. erunt anni  
DCXCIX. B. Non conveniet Indictio. A.  
Si octo annos detrahes, conveniet. Sic, ni  
fallor, Theodorus cognomento Gaza jubet  
esse detrahendos  $\bar{v}$  DVIII. In quibusdam  
Leonis minoris epistulis non editis dicitur  
Indictione nona habitam esse synodum sex-

ram. & in actis ejusdem apparet eadem nona habitam, & decima peractam. & in subscriptione inveniuntur nomina Episcoporum CLVII. in quibus Patriarcha Constantinopolitanus est Georgius, non Paulus, & Antiochenus, sive Theopoleos, Theophanes, Alexandrinus Petrus Presbyter vicarius, Georgius Presbyter vicarius Hierosolym. Episcopi. Ab indictione nona ad quintam sunt anni XI. quibus adde xv. & fient xxvi. de quibus ex Anastasio & Theophane dictum est. B. Vides falsa esse quæ Tarasius dicebat, post quattuor annos eosdem Episcopos convenisse in hac repetita synodo. A. Ita est ut dicis. Quia verò inter Trulliana capita aliquot enumerasti quæ falsò septimæ aut octavæ synodo apud Gratianum adscripta sunt, velim scire an sit aliquod septimæ synodi caput quod alij Concilio vel scriptori sit falsò adscriptum? B. Caput XII. septimæ synodi à Gratiano relatum causa XII. quæst. II. hanc inscriptionem habet: *Item ex historia Eusebii Episcopi Casariensis capite duodecimo.* C. Magna metamorphosis. Fuitne Eusebius posterior hac synodo? A. Fuit multis sæculis prior Eusebius, qui interfuit Nicæno Concilio Constantini tempore. Sed quid Ivo & Anselmus & liber Cæsaraugustanus scripserunt? C. Ivo rectè l: *Ex septima synodo cap. XII.* Anselmus m ut Gratianus, Cæsaraugustanus n ut Ivo. B. Ex his apparet non ex Conciliis sed ex collectoribus Gratianum singula sumpsisse. (8) Sed age, vide sis cap. XVI. hujus

12 q. 2. c. 19.  
Quisquis.

1 Ivo par. 4. c.  
375. decret.  
m Anselm. lib. 6.  
c. 184.  
n Cæs. libr. 7.  
c. 72.

• 23. q. 4. c. 1.

Concilij, quàm bellè referatur à Gratiano  
 causa XXI. quaest. IV. o *Omnis jactura &  
 ornatura corporalis à sacro ordine aliena est.*  
 Obsecro te, quænam hæc portenta verbo-  
 rum sunt, *jactura & ornatura?* Græcè est  
 Γᾶσα βλακεία ἢ κόσμισις σώματῳ ἀνότεια εἰς τὴν  
 ἱερατικῆς τάξεως. A. Quid Ivo & Anselmus &  
 Cæsaraugustanus liber? C. *Omnis jactantia  
 & ornatura corporalis aliena est à sacro ordine.*  
 Ivo p *sacrato pro sacro.* Anselmus q & Cæ-  
 saraugustanus r cetera ut Ivo. B. Quid illud,  
*non solum imaginarias scripturas abominari  
 sunt, quis intelliget?* C. Sic Ivo, alij hæc  
 omittunt. B. At Græcè est, ἡ μόνον τὰς εἰκονικὰς  
 ἀναζωγραφίσεις ἐβδελύξαντο. A. Imaginum pictu-  
 ras Anastasius Bibliothecarius, ut existimo,  
 appellavit imaginarias scripturas. Græca cum  
 Latinis conferre optimum est.

p Ivo par. 5.  
 c. 377. decret.  
 q Ansel. lib.  
 6. c. 185.  
 r Cæs. lib. 4.  
 c. 59.

*Vos exemplaria Græca*

*Nocturna versate manu, versate diurna.* (9)

C. Quid est apud Gratianum distin. LXIII.  
 cap. VII. *f Item ex secunda actione VI. sy-  
 nodi ccc l. Episcoporum?* B. Monstrum  
 horrendum, informe, ingens, cui lumen  
 ademptum. A Scribendum est: *caput tertium  
 septima synodi.* Videndus Ivo t & Ansel-  
 mus u & Deus-dedit x & liber Cæsaraug-  
 gustanus y & Tarraconensis. z (10) Sed  
 de his hæctenus. Cras de Martino Bracaren-  
 agemus.

f Dist. 63. c.  
 7. Omnis.

t Ivo par. 5. c.  
 120. decret.  
 u Ansel. lib. 6.  
 cap. 5.  
 x Deus-ded. c.  
 1. & 4.  
 y Cæs. libr. 3.  
 c. 64.  
 z Tarr. lib. 1.  
 c. 46.



(1)  
 Item  
 verba  
 gine:  
 (2)  
 eadem  
 28. In  
 nonis  
 sed eo  
 & fru  
 & 7  
 redde  
 pitis  
 minif  
 est: I  
 (3)  
 tium  
 ex sex  
 scriptu  
 Notis  
 iulw  
 λαρτ  
 id est  
 sacrifi  
 culum  
 nihil  
 collecto  
 autem  
 (4)  
 libro h  
 (5)  
 bro ha  
 gregari  
 decreta  
 simila  
 necnon  
 In ma

## ADDITIONES.

(1) **I**NSCRIPTIO capitis secundi *Nullus eorum.* 21. q. 4. in editione Romana hæc est: *Item ex synodo sexta c. 27.* In extremo capite ad illa verba *per unam hebdomadam suspendatur* est in margine: ἀφορίζέτω, id est, segregetur.

(2) De consecrat. distin. 2. cap. 6. *Didicimus.* in eadem editione inscriptio est: *Item ex sexta synodo c. 28.* In Notis hæc sunt: *Est quasi summa quædam canonis citati. Nam in eo plura aliquanto verba sunt, sed eodem ferè sensu. In extremo capite ad illa verba & fructuum gratias agat adduntur hæc: Gracè est, ὁ θεὸς πλὴν ἡ δωμάτων ἡ καὶ πῶν εὐχαριστίας.* id est, ad reddendas gratias fructuum datori.] Inscriptio capitis 33. nobis 34. Romanis, incipiens *Clericos qui ministrant vel baptizant* &c. de consecr. dist. 1. hæc est: *Item ex sexta synodo c. 31.*

(3) Capitis 46. nobis, 47. Romanis, cujus initium *Iacobus.* de consecr. dist. 1. inscriptio est: *Item ex sexta synodo c. 32.* Ad verba extremi capitis, in scripturis addiderunt nobis *Missa celebrationem,* in Notis hæc sunt: *Gracè est, ἐλάξας πλὴν μυστικῶν ἡ ἁλῶν ἡ ἕρῳ νομίαν ὡς δὲ δωκότες, ἡ τῶ τελειού ἐν τῇ θείᾳ λειτουργίᾳ ἡ ὕδατος ἡ οἴνου ὁ ἕρῳ ποτικῶν ἐκδεδωκῶσι.* id est, qui in scriptis tradiderunt nobis mysticum sacrificium, hoc modo in divina liturgia sacrum potulum ex aqua & vino conficiendum ediderunt. *Sed nihil mutatum est, tum ob glossam, tum quoniam collector de industria videtur summatim retulisse. Abest autem hoc caput ab aliquot vetustis exemplaribus.*

(4) Ante caput 48. *Non liceat.* 12. q. 2. in eodem libro hæc sunt: *Sicut in sexta synodo c. 35. legitur.*

(5) Verba capitis sexti distin. 22. in Romano libro hæc sunt: *Item ex 6. synodo sub Iustiniano congregata c. 36. Renovantes sancti Constantinopolitani decreta Concilij petimus ut Constantinopolitana sedes similia privilegia qua superior Roma habet accipiat, necnon in ecclesiasticis rebus magnificetur ut illa &c.* In margine est, *Petimus*] ὁ ἐλζομεν, id est, statuimus.

In Notis: Renovantes] Hic agitur de quinto illo canone prima synodi Constantinopolitana de quo supra ead. c. Constantinopolitanæ dictum fuit. Et quod attinet ad omnes hos canones qui sextæ synodo tribuuntur, videnda est notatio ad c. Sextam. supra 16. distin.] Superior Roma] Ita habetur in aliquot vetustis exemplaribus. Nam in vulgatis erat inferior. Græcè est, τῷ παλαιότερον Ρώμης, id est, antiquioris vel senioris Roma, ut infra cap. proximo. Omnino autem caput hoc longè brevius est in hac versione quàm in Græco exemplari; uno tantùm loco copiosius, quòd Antiochenam numerat sedem, cujus in Græco vulgati nulla mentio.] Nec non] Sic emendatum est ex aliquot manuscriptis & Græco. Antea enim legebatur, non tamen.] Captitis tertij ejusdem distin. verba sunt: Vnde in eadem synodo, id est, Constantinop. cap. 5. ita constitutum est. Constantinopolitana civitatis Episcopum habere oportet primatus honorem post Romanum Episcopum propterea quòd sit nova Roma. Et in margine: Ex prisca versione. Poly. lib. 2. tit. 22. Et in Notis: Canon hic ex iis est quos apostolica Romana sedes à principio & longo post tempore non recepit. quod ex epistola quinquagesima prima, aliàs quinquagesima tertia Leonis Papæ primi ad Anatolium CP. & aliis ejusdem epistolis facile est cujus cognoscere, itémque ex duabus epistolis Leonis noni, una adversus præsumptiones Michaëlis & Leonis c. 28. altera ad eundem Michaëlem. Sed multò clariùs ex B. Gregorij epistola 31. lib. 6. ad Eulogium Alexandrinum & Anastasium Antiochenum, atque ex epistola Nicolai primi ad Michaëlem Imperatorem, qua incipit Proposueramus. Quamquam Episcopi Constantinopolitani Imperatorum potentia freti secundum locum patriarchalium sedium sibi usurparunt; idque tandem pacis & tranquillitatis causa fuit ipsis concessum, sicut in c. Antiqua. de privileg. Innocentius Papa III. declaravit.

(6) Inscriptio cap. ult. distin. 22. in eodem libro est: Vnde in 119. synodo habita sub Hadriano Papæ II. can. 21. Diffinimus neminem &c. In margine est: Deus-dedit p. 3. Ansel. l. 2 c. 72.

(7) Capitis primi distin. 23. inscriptio est in Ro-



mana editione: Vnde Nicolaus Papa II. in Concilio Lateranensi. In nomine Domini &c. Et in margine: Pann. l. 3. c. 1. Et in Notis: Hujus decreti integrum exemplum est in vetustissimo libro abbatia monasterij Farfensis litteris Longobardicis ante annos penè quingentos scripto, & alibi. Vid. lib. 2. dial. 19. add. 12.

(8) In eodem libro inscriptio cap. 19. Quisquis Episcopus. 12. q. 2. hæc est: Item ex septima synodo c. 12. Et in Notis hæc sunt: Apud Gratianum, quemadmodum & apud Anselmum, citabatur ex h. storia Eusebij Episcopi Casariensis. Ivo verum auctorem citavit. Versio autem est Anastasij Bibliothecarij, ex cujus codicibus manuscriptis nonnulla sunt emendata. In margine est: Poly. libro sexto titulo decimo quinto. Ans. lib. 6. c. 184. Ivo par. 5. c. 375. Can. Apost. 39. In aliis Notis de varietate Græcorum verborum & Latinorum agitur. Salarius ] Græcè est ἐκ τῆς αὐτοῦ γῆρας, pro qua voce in Parisiensi Græcorum canonum editione legitur in rubrica ἐκ τῆς ἀποικίας, id est, ex suburbanis, quasi suburbana vocentur auturgia, quòd ipsius possessoris manibus colantur. Balsamon tamen eos agros interpretatur qui per se ipsi sine magna cultura fructum ferre possunt, ut silva & alia hujusmodi. Fraudare ] σφετερίζεσθαι, id est, sibi vindicare & suum facere. (Malo alienare) Episcopus quidem ab episcopio, Abbas autem à monasterio ] Hæc ad sententia integritatem addita sunt ex ipso canone.

(9) Gratiani verba sunt initio quæst. 4. cau. 21. in Gregoriana editione: Quòd verò fulgidis & claris vestibus eis ornari non liceat, in septima synodo jubetur, in qua sic statutum est c. 16. Omnis jaçtancia & ornatura corporalis à sacro ordine aliena est &c. Et postea: Christianos calumniantium hæresis, & hi qui hanc receperunt, non solùm imaginarias picturas abominati sunt &c. In margine est: Imaginarias ] Al. imaginum. Et in Notis: Hæresis ] Cùm antea legeretur hæreticorum. Sic est emendatum ex Anastasio & Ivone, & respondet Græca voci ἀπειρίας, atque ex iisdem nonnulla alia sunt restituta. Initio capitis additur in margine: Ans. l. 6. c. 195. Ivo p. 5. c. 377.

(10) Inscriptio capitis septimi Omnis electio. dist.

63. in eodem libro est : *Item ex septima synodo, que est secunda Nicæna 350. Episcoporum. c. 3. In Notis hæc sunt : Citabatur antea ex secunda actione sexta synodi. Restitutus est locus ex Ivone. Et ad verba extremi capitis, Et segregentur, additur : In aliquot vetustis Gratiani exemplaribus est segregetur. Sed plerisque cum vulgata lectione convenit. In canone 31. Apostolorum Græcè sic legitur : Καταπέδω τὴ ἀφοειζέσθω, τὴ νοικαυώτες ἀπὸ πάντες. Et infra 16. q. 7. c. Si quis Episcopus. ubi hic idem canon ex alia refertur versione, legitur : & segregetur, omnesque qui illi communicant. eodemque modo est apud Anselmum. Verum in versione Anastasij Bibliothecarij legitur quemadmodum apud Gratianum, & convenit cum versione prisca ac Dionysiana. In margine hæc sunt : *Can. Apost. 31. infra 16. q. 7. c. Si quis. Ivo par. 5. c. 110. Ansel. l. 6. c. 8. Burc. l. 3. c. 109. Deus-dedit ibidem. hoc est, parte 1. & 4.] Inscriptio cap. 14. Si quis Episcopus. 16. q. 7. est : Item ex canone Apostolorum 31. Et in Notis scriptum est : De hoc canone notatum est supra dist. 63. c. Omnis electio. in ver. segregetur. ] Et in margine : *Dist. 63. Omnis electio. Deus-dedit p. 1. Bur. l. 3. c. 109. Ivo p. 3. c. 85. & par. 5. c. 119.***

DE MARTINO BRACARENSI,  
& de Martini Papæ Concilio.

*Dialogus decimus.*

**A**. C R E D O vos non ignorare, si Gratiani librum ab Antonio Demochare vel ab Antonio Contio editum legistis, in omnibus ferè capitibus quæ habent hanc inscriptionem *Ex Concilio Martini Papæ* additum esse in margine Martini Bracarenfis nomen ex capitulis Græcarum synodorum.